UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

nimenta, cuiusmodi ſunt *Arx Hoienſis, Dionantea, Franchimontana, Stockemenſis, Curingana.* In Vrbe autem Palatium ingentis omnino molis, cui erigendo totos 32. años inſumpſit, ſumptu planè Regio. Nec enim aliud aut poterat, aut volebat qui illi regius erat *animus.* Eſſe in terris deſijt anno M. D. XXXVIII XIV. Kalendas Martias, CORPVS *illatum ſepulchro, quod ſibi viuens erexerat:* COR autem HOIAM *in æde Cruciferorum:* EXTA *reliqua in Cœnobium* SEPTEM FONTIVM, non procul *Bruxellis delata ſunt. Ex Glori. Leod.*

XV.

IN *Caſtro* VOLMVNDTSTEIN RVRÆ in *Marchia* impoſito, Beatæ Memoriæ *venerabilis* GERTRVDIS, *quæ inter blandientem mundum & amplissimam fortunam,* turbas & temporalium negotia fugiens, umbrâsque devitans ſponte recluſa, *Dei causâ,* umbras inhabitauit, ſolidâ pietate, laborum patientia, manſuetudine, aliarúmque *virtutum ſplendore ita ex ijs emicans* ut *gemino* in *orbe umbræ* illi ampliùs non ſint formidandæ: *more enim ſolis, virtus hòc pulchriùs nitet, quò diutiùs latet. Ex Appar. Gelen.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN